



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

LXXXII. Papst Alexander IV. überträgt den Dechanten zu Merseburg und
Erfurt und Anderen, die Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg
durch kirchliche Strafen anzuhalten, die ihnen unrechtmäßig ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

ecclesiarum personis pro ipsarum utilitatibus provide disponuntur, libenter adicimus apostolici muniminis firmitatem, ut intemerata consistant, que nostro fuerint presidio communita. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod licet felicitis recordationis Innocentius Papa predecessor noster et nos, post latam depositionis sententiam in Ludolphum, qui tunc pro Episcopo Halberstadenſis ecclesie se gerebat, omnes alienationes, infeudationes, locationes et contractus quoslibet, per eundem Ludolphum de castris, villis, possessionibus et aliis bonis ad ipsam ecclesiam spectantibus, in eiusdem ecclesie preiudicium initos siue habitos, decernentes irritos et inanes, ea omnia ad ius et proprietatem ipsius ecclesie duximus reuocanda; nihilominus tamen idem Ludolphus Comitatum, qui Sehufen dicitur, et tria castra, ad dictam ecclesiam spectantia, nobilibus viris Johanni et Ottoni, Marchionibus Brandenburgensibus, receptis ab ipsis tribus millibus Marcarum et quadringentis marcis argenti, Capituli Halberstadenſis ad id non accedente consensu, de facto, cum de iure nequiuisset, in feudum dare presumpsit, Marcas ipsas in usus proprios conuertendo. Verum venerabilis frater Halberstadenſis Episcopus et idem Capitulum attendentes, quod ipsi Comitatum et castra eadem de ipsorum Nobilium manibus propter eorum potentiam eripere non ualebant, quanquam iidem nobiles super restitutione Comitatus et castrorum ipsorum auctoritate apostolica moniti fuerint diligenter, Comitatum et castra predicta in uestram ecclesiam transtulerunt, prestitis iuramentis et cautionibus hinc inde exhibitis necessariis, receptisque a uobis et uestra ecclesia, nomine ipsius Halberstadenſis ecclesie, duobus aliis castris et quodam annuo reditu nec non et quatuor millibus Marcarum et quingentis Marcis argenti, quas dieti Episcopus et Capitulum in solutionem debitorum prefate Halberstadenſis ecclesie, que absorbebatur usurarum voragine, conuerterunt. Nos igitur uestris supplicationibus inclinati, quod super hoc provide factum est, ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communitus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum se nouerit incursum. Datum Viterbii, XI. Kal. Januarii, Pontificatus nostri Anno quarto.

Nach Gercken's (Cod VI, 401) Abdrucke des Originals (in dessen Ueberschrift die Urkunde in das Jahr 1258 gesetzt ist) imgl. Soyfen hist. Magazin III, 15.

LXXXII. Papst Alexander IV. überträgt den Dechanten zu Merseburg und Erfurt und Andern, die Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg durch kirchliche Strafen anzuhalten, die ihnen unrechtmäßig veräußerte Grafschaft Seehausen mit dem Zubehör von Schlössern wieder herauszugeben, am 15. Januar 1258.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Merseburgensibus et Erfordensibus Ecclesie Decanis, Maguntinensibus Dioecesis, et Preposito Ecclesie Razeburgensibus

salutem et Apostolicam benedictionem. Ex prerogativa dilectionis et gratie, qua personas dilectorum filiorum nobilium virorum Johannis et Ottonis, Marchionum Brandenburgensium complectimur, propensus affectamus, ut nobilitatem generis, qua fulgere noscuntur, virtute animi geminantes, abstineant ab his, que honestatem non sapiunt, et specialiter divinam possunt offendere maiestatem. Gravem siquidem, ut credimus, reputarent sibi iniuriam irrogari, si aliquis par eis potentia, sua ipsis invitis contractans, attentaret aliqua, quibus derogaretur ipsorum commodo vel honori, nec id forsitan equanimiter paterentur, quin irrumperent ad iniuriam iure vel iniuria propulsandam, nisi exinde ipsis satisfactio conveniens offerretur. Sane noverint dicti marchiones, quod licet felicitis recordationis Innocentius Papa, Predecessor noster, et nos, post latam in Ludolphum, qui tunc pro Episcopo Halberstadenensis Ecclesie se gerebat, depositionis sententiam, omnes alienationes, infeudationes, locationes et contractus quoslibet, per eundem Ludolphum de castris, villis, possessionibus et aliis bonis ad Ecclesiam predictam spectantibus, in eiusdem Ecclesie preiudicium initos sine habitos, decernentes irritos et inanes, ea omnia ad ius et proprietatem ipsius Ecclesie duxerimus revocanda, in contradictores excommunicationis sententia promulgata; nihilominus tamen idem Ludolphus comitatum, qui Sehufen dicitur, et tria castra ad Ecclesiam prefatam spectantia eis, tribus millibus marcarum et quadringentis marcis argenti ab eisdem receptis, Capituli Ecclesie ad id non accedente consensu, de facto, cum de iure nequiverit, concessit in feudum, marcas ipsas in usus proprios covertendo. Propter quod dicta Ecclesia maxima et intolerabilia subiit onera debitorum, que nisi succursum et celeri remedio extitisset, irruisset irrecoverabile detrimentum. Verum quia dicti nobiles, occupata comitatum et castra eadem detinentes, ipsa restituere renuebant venerabili fratri nostro Episcopo Halberstadenensi et Capitulo memoratis, quamquam super hoc auctoritate nostra fuerint moniti diligenter, ipsi attendentes, quod per se comitatum et castra iam dicta, propter potentiam ipsorum nobilium, eripere de manibus eorundem non poterant, quodque id vergebat in enormem lesionem Ecclesie suprascripte, Comitatum et castra ipsa in Magdeburgensem Ecclesiam, hinc inde iuramentis prestitis et cautionibus exhibitis necessariis, receptis a venerabili fratre nostro Archiepiscopo et Ecclesia Magdeburgensi duobus aliis castris et certa pecunie summa et redditibus, transfulerunt, nosque quod ab eis provide factum est ratum et gratum habentes, id auctoritate Apostolica duximus confirmandum. Satagentes igitur et precavere indemnitati Ecclesiarum ipsarum, et saluti, honori et fame ipsorum iuxta officii nostri debitum providere, eosdem nobiles rogamus, monemus et hortamur attente, ipsis in remissionem peccaminum iniungentes ac suadentes in animi puritate, ut ad Deum habentes puro corde respectum et eterna transitorii preferentes, ob divinam reverentiam et Apostolice sedis ac nostram, comitatum et castra predicta, que sine peccato ac lesione fame ipsorum non possunt aliquatenus detinere, restituant sine difficultate qualibet Archiepiscopo Magdeburgensi et Ecclesie memoratis, ita quod ex hoc eis adimatur materia illum ulterius subeundi laborem, per quem et ipsis solatium quietis subtrahi, et ipsis nobilibus dispendiose sollicitudinis possit occasio generari. Cum igitur deferre homini contra Deum presertim in talibus sit nocere ac parcere sit sevirere, quia manus mulierum misericordium filios decoxerunt, nos ad quos omnis

cenfura peccati pertinere dinofcitur, difcretioni veftræ per Apoftolica fcripta mandamus, quatenus, fi dicti nobiles mandatum noftrum neglexerint adimplere, vos eos ad id, per excommunicationis in perfonas et in terris ipforum interdicti fententias, per vos vel per alios, appellatione remota, cognita veritate, cogatis, non obftantibus, fi eifdem Marchionibus, quod excommunicari aut eorum terre fupponi ecclefiaftico interdicto, feu fi ipfi extra vel ultra certa loca in caufam trahi non poffint, a fede Apoftolica eft indultum, et conftitutione de duabus dietis, edita in concilio generali, nec non et aliquibus literis, veritati et iuftitie preiudicantibus, a fede impetratis eadem, invocato ad hoc, fi opus fuerit, auxilio brachii fecularis. Quod fi non omnes his exfequendis potueritis interefle, duo veftrum ea nihilominus exfequantur. Datum Viterbii, XVIII. kal. Febr., Pontificatus noftri anno IV.

Nach Olearii Magdeburgifchem Copialbuche Mfpt. Vol. II, p. 159. — Ungenan abgedruckt in Walthers Singular. Magd. III, 51 und bei Boyfen, hift. Magazin III, 17.

LXXXIII. Papft Alexander IV. befätigt dem Stifte Halberftadt die Veräußerung der Grafschaft Seehaufen und der zugehörigen Schlöffer, am 18. Januar 1258.

Alexander epifcopus, Seruus Seruorum Dei, Venerabili fratri Epifcopo et dilectis filiis Capitulo Halberftadenfi falutem et Apoftolicam benedictionem. Cum ecclefiarum dampnis nequeamus paffim occurrere precavendo, quin bona earum aliquando minus licite diftrahantur, expedit ut damnificatis congruo remedio fuccurramus. Lecta fiquidem nobis veftra petitio continebat, quod licet felicitis recordationis Innocentius Papa, Predeceffor nofter et nos, poft latam in Ludolphum, qui tunc pro Ecclefie Halberftadenfis Epifcopo fe gerebat, depofitionis fententiam, omnes alienationes, infeudationes, locationes et contractus quoslibet, per eundem Ludolphum de Caftis, villis, poffeffionibus et aliis bonis ad ecclefiam ipfam fpectantibus, in eiuſdem Ecclefie preiudicium initos fiue habitos, decernentes irritos et inanes, ea omnia duxerimus ad jus et proprietatem ipſius Ecclefie revocanda, nihilominus tamen idem Ludolphus Comitatum, qui Sehusen dicitur, et tria caſtra ad ecclefiam prefatam fpectantia, nobilibus viris Johanni et Ottoni, Marchionibus Brandeburgenfibus, receptis ab ipſis Tribus milibus marcarum et quadringentis marcis argenti, veftro, filii Capitulum (ſic), non accedente conſenſu, de facto, cum de iure nequiverit, conceſſit in feudum, marcas ipſas in uſus proprios conuertendo. Propter quod dicta ecclefia maxima et intolerabilia ſubiit onera debitorum, que niſi fuccurſum ei celeri remedio extitifſet, incurriſſet irrecuperabile detrimentum. Verum quia iidem nobiles, detinentes Comitatum et caſtra eadem occupata, ea reſtituere ipſi ecclefie denegabant, quamquam ipſi ſuper hoc auctoritate apoſtolica moniti fuerint diligenter, nos attendentes, non poſſe per vos Comitatum et Caſtra iam dicta de ipſorum marchionum eripi manibus propter potentiam eorundem, quodque id urgebat in enormem leſionem ecclefie memorate, Comitatum et Caſtra ipſa in Magdeburgenſem ecclefiam, preſtitis iuramentis et cautionibus hinc inde nihilominus exhibitis neceſſariis, tranſtulifſis, receptis a venerabili fratre noſtro Archiepiſcopo et